



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentarii Tres in Universam Aristotelis Philosophiam

Commentarius Secundus In Octo Libros Physicorum Aristotelis

Crespin, François

Bruxellæ, 1652

II. Quodnam sit immediatum Principium quo substantiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95369)

quidni & operari? unde hæc conclusio non indiget longiori probatione, ergo, &c.

iv. Nec dicas, Deum omnes effectus ad exigentiam causarum secundarum sufficienter præsentium producere, quia, licet sit satis ad id potens, conformius tamen scripturis & rationibus allatis, adstruitur causarum secundarum activitas, quàm talis exigentia; quamquam fortè evidenti ratione contrarium probari non possit.

v. Confirmatur; quia alioqui tanta organorum diversitas in viventibus, instrumentorum in non viventibus, &c. esset omnino superflua, quod non admittitur, ergo, &c.

D V B I U M II.

Quodnam sit immediatum Principium quod substantia.

vi. **P**lures sunt de hac controversia sententiæ: 1^a. est Aresii 1^o. de generat. quæst. 10^a. omnes substantias, quæ producuntur de novo, à solo Deo immediatè produci: 2^a est Ochami, Durandi & Nominalium: item Arriagæ, Hurtadi, Oviedi, Poncii & Scotistarum, substantias à solis substantiis, sine influxu accidentium in illas, produci, si præsentibus; si verò absentes, ut in generatione plantarum ex semine, animalium ex ovis extra uterum matris, produci à solo Deo immediatè: 3^a Thomistarum omnium, quos sequuntur, Fonseca, Vasquez, Periera, Rubius in commentariis Compluti excusis anno 1613. & Averfa, produci immediatè à solis accidentibus: 4^a, quæ & nostra, substantias produci à substantiis simul & accidentibus, ita Suarez in Metaph. Conimb. & plures alii. Sed ante Resolutionem

vii. Suppono hinc causam, sive principium, rectè dividi in principium quod, id est, quod denominatur causare, & principium quod, ut principium quod opponitur, quomodo dupliciter accipi potest, 1^o pro principiatione, sive causalitate, actione, &c. quomodo communiter accipitur: 2^o pro eo, quod est, vel agit vices instrumenti causæ, sive principii quod, sive pro eo, à quo immediatè procedit actio, & hoc modo hinc à nobis sumitur. His præmissis, sit

R E S O L U T I O I.

viii. **D**ico 1^o, omnes substantiæ, quæ de novo producuntur, non producuntur à solo Deo immediatè, ut principio quod, sive Deus solus non est ratio formalis, & principium à quo egreditur actio productiva omnis substantiæ. Est contra primam sententiam.

ix. Probatur, quia debet, quantum fieri secundum rectam rationem potest, assignari causa principalis creata cujuslibet effectus creati; sed, secundum rectam rationem, plurimarum substantiarum (ut infra patebit) assignari potest causa principalis creata, ergo, &c. probatur major, quia alioqui vix defendi posset creaturas aliquid verè efficere, cum substantia non videatur magis proportionata ad producendum accidens, quàm substantiam sibi similem, aut quàm accidens ad producendum accidens sibi simile aut dissimile; sed hoc est ferè hæreticum, ut patet ex dubio præcedenti, ergo, &c.

x. Confirmatur, datur causa materialis & formalis substantialis creata; ergo & substantialis creata efficiens, ubi secundum rectam rationem nihil

impedit, ergo, &c. consequentia probatur; quia, ut infra patebit, hic nihil impedit.

R E S O L U T I O II.

xi. **D**ico 2^o, substantiæ sublunares non producuntur à solis accidentibus immediatè ut principiis quod. Est contra 3^{am} sententiam.

xii. Probatur 1^o, quia (ut patet ex Resolutione prima) debet quantum fieri potest secundum rectam rationem, assignari causa principalis creata cujuslibet effectus creati; sed si substantiæ sublunares producerentur à solis accidentibus immediatè ut principiis quod, assignari non posset, ergo, &c. Probatur minor; quia, vel illa deberet esse illud accidens, quod solum substantiam sublunarem produceret immediatè ut principium quod; vel substantia cujus illud accidens esset virtus, & causa instrumentalis; sed neutrum dici potest, ergo, &c.

xiii. Probant nonnulli minorem pro prima parte 1^o, quia alioqui imperfectius posset producere perfectius, unde ex perfectione effectuum male colligerent omnes Philosophi perfectionem causarum. Sed hæc probatio apertè rejicitur; nam Philosophi dici possunt colligere perfectionem causarum, non ex perfectione majori causarum, quàm effectuum; sed ex perfectione majori suorum effectuum super effectus aliarum causarum: colligerent v. g. ex activitate Dei, Deum esse omnium entium perfectissimum, quia plures & perfectiores effectus posset producere, quàm ceteræ causæ singulatim possent.

xiv. Probant 2^o, PP. Hurtadus, Arriaga, Comptonus, & Regentes Perusini Ordinis Minorum conventualium Physicæ Disp. 7^a. Quæst. 6^a. art. 2^o. Nemo dat quod non habet, causa debet virtute continere effectum, id est, vel formaliter, sive in simili perfectione; aliàs in effectu esset conceptibilis aliqua formalitas, ad quam non esset virtus in causa, sive, quæ esset super virtutem causæ: vel eminenter, id est in majori perfectione. Sed etiam hæc probatio rejicitur, quia licet imperfectius non habeat, aut contineat perfectius, formaliter vel eminenter: continet tamen virtualiter (ut contendunt adversarii) qui modus (inquit) est realiter condistinctus à modo continendi formaliter & eminenter: ut vel ex eo, quod calor partialiter producat ignem substantiam, patet; unde si calor produceret ignem, in igne non reluceret aliqua perfectio, quæ in calore virtualiter non contineatur; licet in eo aliqua reluceat, quæ nec formaliter, nec eminenter in calore contineatur.

xv. Probant 3^o, alii, quia alioqui non apparet, cur atomus montem aureum, musca elephantem, &c. producere non posset; totum enim quod obstarè potest, est, quod effectus esset perfectior suæ causæ. Sed similiter hæc probatio rejicitur; nam sicut quodlibet perfectius non potest efficienter producere quodlibet imperfectius, ut homo ovum gallinaceum, gallina aurum, plumbum, ferrum, &c. ita nec quodlibet imperfectius, potest producere quodlibet perfectius. Quare aliter

xvi. Probatur minor pro prima parte: 1^o, à definitione causæ principalis communiter receptæ: 2^o, quia alioqui, vel ignis (& sic de aliis) in ratione causæ causantis activæ, sive à qua egrediatur actio, non esset perfectior calore; quia in ratione causæ perfectior dicitur propter effectum perfectiorem; si ve-

rò calor fit causa principalis ignis, cum ignis non possit effectum perfectiorem producere, quam ignem, ignis in ratione causæ, &c. non erit perfectior calore, quod parum est conveniens; quia, hoc revera est tollere causam principalem *quo*: quo dato, dicam à fortiori tolli debere causam instrumentalem *quo*; ac proinde utraq; ablata causas verè non agere, contra dicta Dub. 1^o. vel si fit calore perfectior in ratione causæ, ergo implicat calorem se solo producere ignem, sicut implicat causam esse perfectiorem in ratione causæ propter effectum perfectiorem, & non habere effectum perfectiorem, ergo, &c.

xvii. Probatur minor pro secunda parte, quia causa principalis debet esse principium *quo*, sive id à quo immediatè egreditur actio productiva effectus, sed supponitur sola accidentia esse principia immediata *quo*, & à solis accidentibus immediatè egredi actionem productivam effectus, ergo, &c.

xviii. Probatur major hujus assumpti 1^o, quia *ly* principalis additum causæ, non est alienans aut diminuens; sed potius approprians & attollens, qualis tamen alioqui esset: 2^o, quia si causa principalis non deberet esse principium *quo*, sive id à quo immediatè egreditur actio productiva effectus, id à quo immediatè egrederetur actio productiva effectus, esset causa principalis effectus; sed hoc est absurdum, ergo, &c. majorem concedunt adversarii. Probatur minor, quia id, à quo mediatè egreditur effectus, non est vera causa, sive non verè agit, alioqui avus & abavus, imò & Adamus protopater, quemlibet infantem adhuc hodie, tot à morte sua sæculis, verè generaret, quo nihil absurdius attendenti verè agere esse actionem à se verè emissam esse, aut, in esse perseverare, ergo, &c. 3^o. quia agere instrumentaliter est agere coadjuvante causâ principali ad effectum producendum; sed causa principalis non potest coadjuvare nisi per actionem à se egressam, & à sua entitate emissam; ergo causa principalis debet esse principium *quo*, sive id à quo immediatè egreditur actio productiva effectus, ergo, &c. minor & consequentia patent: probatur hæc major, quia non apparet quid aliud esse possit agere instrumentaliter; quod enim authores contrariæ sententiæ dicant, esse agere in virtute substantiæ, id est, per concursum Dei similem illi, qui alioqui tribueretur substantiæ, si esset per se operativa alterius substantiæ, admitti non potest; quia ad Deum recurri non debet in naturalibus sine necessitate, ergo, &c.

xix. Probatur 2^o, calor ut quatuor, non potest producere calorem ut sex; ergo nec ignem productivum caloris ut octo; videtur enim experientia suadere, minus activum non posse se solo producere magis activum, ac proinde nec illud continere virtualiter, ergo, &c.

xx. Obijcies 1^o, nihil obstat quominus accidens, quod est substantiâ imperfectius in ratione entis, sit perfectius in ratione activi: 2^o, imperfectius in ratione entis, non potest quidem esse principium *quod* perfectioris, bene autem principium *quo*, quale tantum dicitur esse accidens respectu substantiæ: 3^o, etsi non possit imperfectius producere perfectius in virtute sua propria, potest tamen in virtute suæ causæ æque perfectæ, aut perfectioris effectus; ergo dici potest substantias subalternas produci à solis accidentibus ut principiis *quo*.

xxi. Respondeo ad ista omnia, quæ sunt præci-

pua fundamenta scholæ Thomistarum singillatim, itaque

xxii. Ad 1^{um} (quod apertè militat contra ipsos, nam ratio activi in ente activo à ratione entis non distinguitur, ut vel in ipso accidente patet; unde retorqueo argumentum hoc modo, ratio activi in ente activo à ratione entis non distinguitur; ergo accidens, quod est substantiâ imperfectius in ratione entis, non potest esse perfectius in ratione activi). Respondeo ob stare totum fundamentum nostræ conclusionis, contra quod nihil per hoc probatur, sed id ipsum adducitur, quod est in Controversia.

xxiii. Ad secundum, Respondeo imperfectius se solo ut principium *quo* producens perfectius, vel non habere principium *quod*, vel simul esse principium *quod*: primum patet; quia sicut causa principalis debet verè agere, sive per actionem à se verè & immediatè emissam saltè ratione unius ex suis partibus, ita & principium *quod*; hoc tamen non fieret, quia totâ causâ principali & principio *quod* non nisi mille, & pluribus annis antequàm existat effectus, existente, adhuc in illa sententia produceretur effectus: secundum etiam patet, quia causa principalis, verum principium *quod*, &c. non est illud simpliciter, quod denominatur agere, sed quod verè agendo denominatur agere; imperfectius verò sive accidens in illa sententia solum verè ageret, & solum verè agendo denominaretur agere.

xxiv. Adde id dici ab adversariis propter hoc axioma *Actiones sunt suppositorum*; sed id tantum verum est, ubi verè agentia sunt supposita; quia alioqui sunt verè agentium, ac per consequens in illa sententia accidentium tamquam principiorum *quod*.

xxv. Ad tertium, quæro quid sit producere perfectius in virtute suæ causæ.

xxvi. Aut enim *ly* in virtute sumitur intransitive, ut vult Cajetanus, sic scilicet, ut sit idem, ac ut virtus suæ causæ; quo dato; vel ut virtus importat cooperationem causæ principalis ut principii *quo*, & hoc est apertè contra te; vel importat perfectionem aliquam quam non habet secundum entitatem suam, & per quam sit in esse entis æque perfectum ac effectus? & (præterquam quod illud, ubi effectus esset substantia, deberet esse substantia producens substantiam ut principium *quo*, quod est aperte contra te) istam virtutem gratis, & sine necessitate fingis; nec deberes præter illam, aliam causam principalem agnoscere, quod facis: Deinde si substantia non sit immediatè operativa, quomodo virtutem illam superadditam operatur, vel potius à quo virtus illa producitur? non assignabis, nisi frustra ad Deum recurras. Vnde dic accidens ex natura sua esse virtutem suæ causæ, ac proinde si possit ut virtus substantiam producere, dic esse per se & ex natura sua: vel importat perfectionem aliquam, quam non habet secundum entitatem suam, sed quâ non satis conferente remanet in esse entis imperfectius suo effectui? & hoc dato, nihil prodest; quia accidens quodcumque, ideo tantum non potest producere substantiam, quia est substantiâ imperfectius; remanet autem cum illa imperfectius.

xxvii. Adde in generatione animalium ex putri materia causam principalem substantialem non esse ab ipsis assignabilem, quæ talem virtutem accidentibus communicet; quia causa horum accidentium, quæ præcessit, secundum ipsos non est causa principalis dictorum animalium, & tamen horum etiam productiones solis accidenti-

bus ut principis quo attribuunt.

xxviii. Aut ly in virtute sumitur transitive ut vult Capreolus, sic scilicet, ut vel sit idem ac in perfectione, quæ sit accidens communicatum à substantia? & hoc jam satis supra rejectum est: vel, ut sit idem, ac in concursu Dei, alioqui substantiæ debito? & hoc non, quia in naturalibus continuè ad Deum recurrere, ubi causæ naturales suppetunt, non est Philosophicum: vel, ut sit idem (quod volunt PP. Nostri Complut. Disp. 10. q. 5.) ac in aliquo virtualiter tantum ab accidente distincto? & hoc omnium minimè, quia illud realiter nihil est, quàm ipsum accidens, unde manet tota & integra difficultas, siue ut rectè notat P. Ioan. à S. Th. hic q. 9. art. 3^o, per hoc non solvuntur difficultates, sed instaurantur; hic tamen, cum virtutem illam ibidem per solam conjunctionem accidentis ad substantiam explicat, si hæc in effectum non operetur, similiter difficultates non solvit, sed instaurat; quia sicut propter conjunctionem illam præcisè accidens non mutat naturam, ita nec activitatem, ac proinde sicut separatim à substantia, non potest substantiam producere, ita nec illi conjunctum, si verò eadem actione, quâ accidens, in effectum operetur; nobiscum loquitur.

xxix. Obijcies 2^o, substantia nequit immediatè produci à substantia ut principio quo; ergo à solo accidente ita producit: probatur antecedens 1^o, quia producere substantiam immediatè ut principium quo, est proprium Dei: 2^o, quæ ordinantur ad esse & operari distinguuntur realiter; sed substantia ordinatur ad esse, siue existere, & virtus productiva substantiæ ad operari; ergo substantiæ distinguuntur realiter à virtute productiva substantiæ, ac per consequens substantia nequit produci, &c.

xxx. Respondeo negando antecedens; ad ejus primam probationem, Respondeo id gratis fingi, & parum rationabiliter plus accidenti ignobiliori tribuere, quàm substantiæ nobiliori: quare D. Thomas in 3. contra gentes cap. 69. *Si forma accidentales, quæ sunt in rebus corporalibus, habent proprias actiones, multò magis forma substantialis habebit propriam (nota) actionem*, &c. ad secundam verò, ipsa retorquetur in esse accidentis; sicut enim accidentis esse ordinatur ad ipsius existere, & ad ipsius operari, ita & esse substantiæ.

xxxi. Obijcies 3^o, imperfectius se solo bene potest corrumpere immediatè, & ut principium quo, perfectius, ut v. g. calor intensus formam aquæ; ignis vivens; ergo & se solo potest immediatè producere ut principium quo perfectius.

xxxii. Respondeo negando consequentiam; est enim disparitas; quòd productio formæ incompatibilis in eodè subjecto, sit concomitanter ipsa corruptio formæ perfectioris: at verò productio formæ incompatibilis, vel accidentis imperfectioris, non est concomitanter productio formæ perfectioris.

xxxiii. Obijcies 4^o, commune fundamentum recentiorum: Sæpe videmus produci substantiam in præsentia solum accidentium; ergo tunc nulla concurrat substantia: Antecedens ostenditur 1^o, dum à ferro candente accenditur stippa. 2^o, dum rana & alia insecta producuntur ex putri. 3^o, dum in furnis Egypti excluduntur pulli. 4^o, in forma cadaveris. 5^o, dum ex reflexione radiorum solarium, vel eorum coarctatione in vitro aut collisione duorum lapidum producit ignis. 6^o, quis neget, si gutta aquæ infundatur in species vini consecrati, verum iam iri in vinum? & tamen ibi nulla est substantia vini; ergo sola

accidentia in eo casu producunt substantiam, & vini formam inducunt in materiam aquæ. Vel continuo pro effectibus istis naturalibus ad Deum recurrendum erit; ita sibi nomine Adversariorum objicit P. Comptonus Phys. Disp. 15. Sect. 3^a.

xxxiv. Respondet P. Comptonus loco citato istis objectis experientiis, sequentibus verbis: Sed contra: experientia nihil probant ubi est manifesta ratio in contrarium, quam hic esse ostenditur sectione præcedente. In illis ergo experientiis recurrendum est ad causam aliquam universalem, Cælum scilicet, solem; vel in aliorum defectu ad ipsam etiam causam primam. Ita ille. Sed

xxxv. Contra, experientia sæpius submittit rationem, præsertim in evidentem, ut hic; præterea tamen ad effectus istos neque sol, neque cælum per se sufficiunt, ut consideranti patebit; ad Deum autem pro effectibus ordinariis recurrere, præsertim si causæ secundæ sufficientes adferri possint, non sapit Physicum. Quare aliter

xxxvi. Respondeo negando assumptum, quod malè admittunt PP. Arriaga, Oviedus, Comptonus, Poncius, Hugo Cavellus, D. Plempius, Christianus Lupus in sua Apologia contra Marburgenses (qui tamen ait, se malle hic audire quàm loqui, scribere quàm dictare) ad ejus probationem Respondeo in ferro candenti esse ignem juxta probata supra lib. 1^o. Disp. 3^a. De forma substantiali: formam cadaveris negavimus lib. 1^o. Disp. 2^a. de materia prima: solem & vitrum illud, virtualiter ignem continere, experientia illa docet: quòd autem gutta illa aquæ in vinum convertatur, nec experientia, nec ratio convincit, sed potius oppositum: ranæ & alia insecta ex putri, generantur partim à corporibus Cælestibus, partim ab elementis & aliis sublunariibus ad illorum generationem concurrentibus.

xxxvii. Instabis, corpora Cælestia, Elementa, &c. sunt imperfectiora viventibus; ergo nequeunt viventia ut principium quo, & ut causa principalis eorum, producere.

xxxviii. Respondeo distinguendo assumptum, corpora, &c. sunt imperfectiora viventibus seorsum & distributivè, transeat, nec aliud vult Sanctus Augustinus libro de vera & falsa Religione cap. 29^o. inquit, *Qualibet namque viva substantia cuilibet non viva substantiæ, nature lege præponitur: conjunctim & collectivè, nego; quis enim crederet, lignum vegetans esse propter solum gradum vegetativitatis perfectius ligno mortuo, quatuor elementis & omnibus corporibus cælestibus collectivè sumptis? quis etiam negabit, corpus habens omnes perfectiones & omnes operationes ligni mortui, quatuor elementorum, & omnium corporum cælestium (quod per Deum produci potest) fore mirabilius & perfectius, quàm lignum habens solam perfectionem & operationem vegetativam? si verò tale corpus sit futurum perfectius vegetativo, quidni & sensitivo ac ranis & muribus, quæ, uno atque altero perfectionis gradu tantum, à vegetativo differunt, idque semper intra idem genus corporis materialis: tollat Deus omnia animalia præter ranam unam, quis credat à Deo præferendam conservationem ranæ, destructioni residui totius Universi, si vellet inter ista, ex una parte, & ranam ex alia, perfectius conservare? credat qui voluerit, non credam ego, quamdiu attendero, quòd infinita cæterorum entium Universi perfectiones non sint in rana, & illis desit sola coarctata vel similis diffi-*

scatia

rentia constitutiva ranæ.

xxxix. Ratio autem 1^a, quæ movet ad dicendum, quatuor elementa & corpora Cælestia collectivè sumpta, esse perfectiora ranis, muribus, &c. est, quòd vel dici debeat ea ranas & mures ut causas principales producere, vel ad Deum continuò recurrendum, quod 2^{um} est parum Philosophicum, & sic Deus valde malè rebus providisset, naturamque instituisset valde mancā & imperfectam, idque esset asyllum ignorantie aperire; nam hoc semel admisso, inquisenti rerum causas tantillum occultas, semper Respondebitur, hinc fumendo paritatem, esse Deum: unde vehementer miror, quòd P. Christianus Lupus suæ Apologiæ contra Marburgenses fol. 30. dicat, *Meum axioma est. In rebellionibus prææ voluntatis recurrit ad Deum pius Catholicus; in ordinariis verò Physicis difficultatibus non nisi desperatus vel ignorans Philosophus*: Folio verò 9^o. pro generationibus Heteroclytis (id est, ait Folio 34^o, *Quæ non sunt per viam seminalem*, quas ibi recenset, *Vi crabronum ex asino, vesparum ex equo, apum ex vitulo, gurgulionum ex tritico, vermiculorum ex nucibus*, &c. quibus annumerare potuisset generationes ranarum & murium ex putri materia) ad Deum recurrit, an id eo desperatus & ignorans Philosophus? judicet ipse: illæ generationes sunt ordinariæ & quotidianæ, licet non fiant per viam seminalem: unde dici potest contra ipsum generationes non dici ordinarias, *Quæ per viam seminalem sunt*, sed quæ fiunt modo quotidie usitato. Vnde

xl. Ratio 2^a, quæ ad idem movet, est, quòd in generatione materialium, causa producens dispositiones, producat formam; quatuor verò elementa & corpora cælestia producant dispositiones, & temperiem feminis requisiti ad productionem ranæ, murium, &c. ut ipsimet adversarii fatentur; ergo & formam, ac per consequens sunt illis perfectiora, vel saltem æque perfecta, quod sufficit. Ex his omnibus

xli. Colliges, plerisque recentiores absurdè nimium & ridiculè Philosophari, docentes causam principalem creatam ranarum & murium ex putri materia, esse ranam aut murem in genere, sive in communi: sic enim, cum ex præmissis n. 18. causa principalis verè realiter agere debeat, nec ulla sit instrumentalis, nisi in quantum est à principalis coöperatione reali, seu elevatione reali, coadjuta; rana in genere, quæ nec est realiter, nec per potentiam Divinam realiter existere potest, verè realiter ageret: deinde etiam si rana in particulari nec existeret, nec existere posset, nec potentiam instrumentalem ranæ productivam, nec ranam producere valeret, adhuc rana produceretur ex putri materia; quomodo igitur magis rana in communi, sive in particulari disjunctivè (ut vis,) est causa principalis ranæ productæ ex putri materia, quam equus aut mulus? denique ad esse causam principalem requiritur perfectio realis, sed accidens existens est perfectius ranâ in communi non existente realiter; ergo, si huic negent esse causam principalem, quia imperfectius, illi à fortiori id negare debent.

xlii. Adde repugnare dari causam materiale principalem non existentem realiter; ergo & causam principalem efficientem non existentem realiter, saltem pro instanti quo causare incipit,

RESOLUTIO III.

xliv. Dico 3^o, substantiæ sublunares non producuntur à substantiis solis immediate ut principiis quo concurrentibus. Est contra Poncium, Oviedum, & Arriagam, qui dicit contrariam esse Scoti & Nominalium, & valde inter PP. Societatis communem.

xliv. Probatur 1^o, quia ubi plures causæ productivæ effectus, simul sunt ad agendum applicatæ, simul producunt effectum vel actione totali totalitate effectus, si se solis sufficientes; vel partiali partialitate effectus, si se solis insufficientes: sed tam accidentia, quam substantiæ, sunt simul ad producendam substantiam applicata, & accidentia sunt saltem partialiter productiva substantiæ (ut infra patebit;) ergo substantiæ sublunares non producuntur à substantiis solis ut principiis quo concurrentibus.

xliv. Probatur 2^o, calor ignis v.g. non producit se solo immediate ut principium quo calorem in subiectum extraneum; quia ignis est æque applicatus illi producendo ac ipse, & non est agens liberum, ut cesset ab opere præsentis alio agente sufficiente ad totum effectum producendum; ergo nec substantia producit se solâ immediate ut principium quo substantiam; quia accidens est æque applicatum illi producendo ac ipsa, & non est agens liberum, ut cesset ab opere præsentis alio agente sufficiente ad totum effectum producendum.

xlvi. Nec dicas cum Arriaga, calorem ignis se solò immediate ut principium quo producere calorem in subiectum extraneum, quia in quantum illi magis proportionatus, utpote ejusdem speciei cum illo, impedit quominus illum ignis producat. Contrarium enim convincit probatio, maxime si attendas ignem immanenter se solò calorem producere, & calorem immanenter productum esse ejusdem speciei, cum transeunter, sive in subiectum extraneum productum; deinde in quantum calor & calor sunt ejusdem speciei fundamentalis, magis quidem calor est calori proportionatus in ordine ad speciem formalem, aut similitudinem formalem; non verò in ordine ad producendum calorem; quia proportio ad agendum non consistit in conceptibilitate, similitudine fundamentalis, &c. sed in activitate per experientiam nobis notâ: nam ignis calorem producit, cui est dissimilis, & sic de cæteris causis æquivocis; adamas verò adamantem, Angelus Angelum non producit, cui tamen est similis, ac per consequens magis in similitudine proportionatus, quam ignis calori.

xlvi. Confirmatur Resolutio, agens connaturaliter ordinat dispositiones, quas producit, ad producendam formam, quam producere potest; atqui non sola substantia producit dispositiones, sed substantia simul cum accidente suo instrumento; ergo connaturaliter non sola substantia, sed substantia simul cum accidente producit substantiam immediate ut principium quo.

xlvi. Dices, in substantia producta nulla est formalitas, quæ respondeat accideñti; ergo non debet illi attribui productio partialis immediate ut principio quo substantiæ.

xlvi. Respondeo negando consequentiam, quia in causis æquivocis, ut cum ignis calorem producit, & communiter etiam, cum calor simul cum igne ignem producit, nulla est formalitas, quæ formaliter

maliter correspondere suæ causæ; sufficit enim, quod respondere possit terminativè & efficienter, ut respondere docet experientia.

RESOLUTIO IV.

L. Ico 4^o, substantiæ sublunares præducuntur à substantiis & accidentibus utrisque immediate ut principiis quo concurrentibus. Ita Suarez & Conimb. supra; imò & P. Ioan. à S. Thoma Phyl. q. 11. art. 3^o, ubi sic habet, *Influxus substantiæ & accidentis est idem entitativè; sicut concursus simulaneus 1^a Causa entitativè non est aliud, quàm ipsa Actio Cause 2^a: revera nil aliud volumus; ac proinde S. Thomas non minùs est nostræ sententiæ, quàm P. Ioan. à S. Thoma: quo dato, inter nos & Thomistas non videtur differentia de re, sed de nomine dumtaxat.*

LII. Probatur 1^o, quia substantiæ sublunares non producantur à solo Deo ut principio quo; neque à solis accidentibus immediate ut principiis quo; ergo à substantiis & accidentibus ut principiis quo immediate concurrentibus. Antecedens patet ex tribus prioribus Resolutionibus, consequentia probatur; quia aliud non suppetit, ergo, &c.

LIII. Probatur 2^o, sigillatim quod substantia substantias producat immediate ut principium quo: 1^o, quia non est assignabilis alia principalis Causa Creata, quæ verè & realiter agat prout Causa principalis verè & realiter, ut supra vidimus, agere debet, & suæ Causæ instrumentali verè cooperari: 2^o, quia nullum est fundamentum, magis negandi substantiæ activitatem immediatam in substantiam, quàm accidenti in accidens, ut calori v. g. in calorem; si enim accidens habeat virtutem producendi immediate ut quo sibi simile, quidni substantia haberet virtutem producendi immediate ut quo substantiam sibi similem?

LIII. Nec Responderi potest substantiam debere agere per instrumentum, & mediatè ut quo; quia contrarium patet in productione suæ proprietatis; si verò agatur de productione alterius substantiæ, petitur principium, & hic non debere probamus: 3^o, non minùs ad præsentiam substantiæ producit substantia, quàm ad præsentiam accidentis; sed quia ad præsentiam accidentis producit substantia, attribuitur productio substantiæ accidenti immediate ut principio quo; ergo & illa attribui debet substantiæ: 4^o, substantia agit per causam instrumentalem est agere cooperando instrumento, ut constat ex omnibus causis instrumentalibus separatis, v. g. penicillo, malleo & cæteris, ergo, &c.

LIV. Probatur 5^o, aliter P. Arriaga; quia magis proportionata est substantia ignis cum altera substantia ignis, quàm calor cum igne; ergo potiori iure ignis producit immediate alium ignem, quàm calor; verum hæc probatio jam rejecta est Resolutione superiori.

LV. Probatur 6^o, aliter P. Lupus Apologiæ citatæ Sect. 1^a, ovum accipit animam à matre, quàm ultimo habiturum est, videlicet galli vel gallinæ, (quia negat animarum successionem) intra maternum uterum (supponit enim ex præmissis ovum esse animatum, quia vitaliter operatur organizando, conformatando in pullum, producendo ossa, carnem, nervos, plumas, &c.) atqui anima est substantia, ergo, &c. Sed

LVI. Contra est 1^o, quod suppositum sit falsum, scilicet ovum esse animatum, quia vitaliter operatur, hoc est, quia exercet operationes animæ, sive vitæ in actu primo; sicut enim falsa est sequela, *Vinum, piper, &c. exercent operationes caloris; ergo sunt formaliter calida: ignis exercet operationes solis & sol ignis; ergo ignis est formaliter solitus, & sol formaliter ignitus*; ita illud falsum est; sufficit enim, quod in se & in suis causis sit eminenter tale, ut revera est: deinde etiam suppositum est falsum ex hoc capite, quod ovum operetur vitaliter, saltem totaliter; quod enim ibi vitaliter operatur est partim gallus, partim gallina à qua decusum est ovum (de quo infra) partim alia agentia extrinseca caleficientia, & ad organizationem ovum disponentia.

LVII. Contra 2^o, si ovum accipiat animam à matre intra uterum maternum, etiam mulus accipiet animam ab asina matre intra maternum uterum, quod est falsum; quia ex communi sensu fortis non plus debet matri, quàm patri; plus autem illo casu deberet; quia mater etiam immediate, pater non nisi mediante suo semine ad animam istam concurreret; imò pater non propriè generaret, quia substantiam non produceret: deinde anima muli est perfectior animæ matris; imperfectius verò nequit producere perfectius: insuper, si ovum statim post commixtionem & fermentationem seminum galli & gallinæ (uti docet folio 10^o.) ante conformationem, membranificationem, plumificationem, &c. ad eas exercendas accipiat animam à matre intra uterum maternum, semen hominis statim post commixtionem & fermentationem accipiet animam à Deo infusam intra maternum uterum, ut conformationem, membranificationem, &c. exerceat; quod dici non potest; quia (præterquam quod id omnino sit contra scripturam Exodi 21^o. *Si rixati fuerint viri, &c. quem locum hoc modo vertunt 70. interpretes, Si rixentur duo viri, & percusserint mulierem in utero habentem, & exierit puerulus ejus ineffigiat, multa multaabitur* (puta ut condistincta à morte, quæ est homicidarum poena, ut sequitur) *Prout indixerit vir mulieris: si autem effigiat fuerit* (id est, prolis effigiem habuerit) *Dabit animam pro anima, &c.* Iob 10. ubi tandem post fermentationem, carnificationem additur *vitam & misericordiam tribuisti mihi*) alioqui semen post commixtionem & fermentationem emissum à muliere deberet baptizari, qui illud emitteret homicida esset, &c. quæ nullumquam somniavit. Excepto uno Vallésio, 9. Contr. 2. c. ubi sic loquitur: *est ergo semen hominis jam homo, quia formam hominis habet.* Cui directè opponitur Hieron. q. 4. ad Algal. *Semina paulatim formantur in utero, & tamdiu non reputantur homo, donec elementa confecta suas imagines, membraque suscipiant* (quia alia animata deest.)

LVIII. Contra 3^o, si sola anima matris producat animam ovi intra uterum, quomodo membranificatio, plumificatio, &c. quas docet esse actiones vitales, non sunt eadem in pullo ac in matre? vel enim ob eorum diversitatem, debet anima pulli ab alia substantia, quàm anima matris produci, ut contra illum docemus; vel admittere debet illas actiones vitales esse ab alia Causa non animata, quàm ab anima propria pulli, quæ proinde contra ipsum absque anima poterit membranificationem, plumificationem & similes actiones, quas vocat vitales, ponere, v. g. corpora Cælestia, Elementa, & similes causæ, quæ concurrent ad dispositiones in ovo

ad similia praequisitas: horum ratio est: quia aliud non suppetit, & utcumque patet ex eo quodd illud, cui gallina incubat tempore fulguris & tonitru alteretur.

LIX. Contra 4^o; sic liceret comedere gallinas, oves, boves, &c. die veneris, si eorum, uti gallinarum, semina commixta & fermentata essent comestibilia; item qui furaretur glandem, furaretur quercum, qui ovum, gallinam, &c. quae sunt contra communem omnium apprehensionem: Nec rectè ad hoc praefatus author: *Neque curo quid dicat incultum vulgus; si enim vulgo placere velis numquam sis doctus Philosophus*; nam licet non oporteat vulgus curare, ubi contra rectam rationem loquitur; curandum tamen est ubi rectæ rationi (uti hic) conformiter loquitur; rationi autem conformiter dicitur, carnem tali animæ præsupponi, & non e contra talem animam carni; item lignum formæ quercus, & non contra.

LX. Contra 5^o; in ovo fecundo à gallina deciso, quamdiu manet fluidum homogenium non organicum; uti est in matris utero, nulla sunt signa animæ ovo propriæ; ergo non accipit animam à matre intra matris uterum.

LXI. Respondebit, nulla quidem signa esse tunc; sed tamen esse aliqua postea, quæ significant animam tunc in ovo fuisse, & talia sunt omnes actiones vitales subsequentes, sed à n. 56. supra rejectum est istas operationes esse ab anima propria ovi, aut seminis.

Adde doctissimum D. Fromondum lib. 1^o. de Anima cap. 2^o. conari pleraque istorum absurdum vitare; ubi art. 6. sic scribit: *Igitur si nec Deus solus, nec Genii Angelici, nec anima matris, nec anima seminis, formant foetum in utero matris, restat ut in semine ipso, sit virtus aliqua organopœa, quæ prima lineamenta organici corporis, sub Dei supremi artificis manu, ducat, &c.* Sed quæro quid illa virtus? paulò infra respondet esse spiritus seminis virilis magis actusosi, & languidos spiritus seminis feminei. Sed iterum quæro quid spiritus illi, an animati nec ne? ibidem clarè insinuat non esse animatos, dum ait: *Vis autem illa conformatrix, etsi ad operationem suam figuratis organis, sicut anima vegetativa, non indigeat.* Et paulò antè; *Virtus organopœa rudimentum organici corporis, eoque perducit, quousque necessarium est, ut prima anima vegetativa vialis corpus illud ingredi, & utcumque ibi nidulari valeat.* Hoc autem posito contra militat omnes probationes nostræ Resolutionis à numero 12^o allatæ, nisi fortè dixerit animam illam vegetativam à spiritibus illis commixti & fermentati utriusque sexus seminis non produci, sed à Deo solo, quod paulò ante art. 3^o. rejicit.

LXII. Probatur sigillatim quodd accidentia substantias sublunares producant immediatè ut principium quo; quia nihil obstat, ergo, &c. Probatur antecedens: Non obstat 1^o, quodd sint imperfectiora substantiis; nam, ut constat ex speciebus respectu actuum, & lumine gloriæ respectu visionis beatificæ, causa partialis potest esse imperfectior effectu, modò totalis sit perfectior, vel saltem æque perfecta: Non obstat 2^o, quodd substantia sit substantiæ producendæ sufficienter proportionata; nam duæ causæ necessariae æque applicatæ ad agendum, agunt proportionaliter ad suam virtutem; accidentia verò sunt sufficienter proportionata ad producendam partialiter substantiam,

LXIII. Objicies, ita de causa productivâ substantiæ Philosophandum, ut genitorum in utero & ex ovis, genitum quoad substantiam, tantum aut plus debeat genitori, quam genitrici, si ve patri, quam matri; sed in hac sententia id haberi non potest, ergo, &c. Probatur minor, quia causa quæ attingit immediatè effectum ut principium quo debet existere, frequenter autem mater producit foetum, quando desit pater; & gallus & gallina frequenter diu desierunt, antequam ex ovo excludatur illud; ergo in hac sententia id haberi non potest, quia substantia non concurret ad productionem substantiæ immediatè & ut principium quo, sed tantum mediante accidente, si ve semine.

LXIV. Respondeo hanc objectionem in aliorum principiis esse valde difficilem, & ab omnibus solvendam; in nostris verò principiis, secundum quæ docuimus causam non existentem posse agere ut principium quo, per actionem dum desit perseverantem, admittam majore, nego minorem; ad ejus probationem, nego antecedens; parens enim simul cum semine emisit actionem productivam substantiæ, sortituram effectum simul concurrentibus, & ipsam determinantibus, actionibus matris & aliarum causarum partialium, quod, antequam excludatur pullus, fit.

LXV. Instabis, intelligi non potest 1^o quomodo generatio animæ vegetativæ in grano deciso; sensitivæ in ovo; foetus in semine commixto & fermentato satis longo tempore maneat sine effectu, cum sit ultima determinatio ad effectum: 2^o, intelligi non potest, quomodo eadem actio successivè sive terminetur ad diversos specie effectus, v. g. carnem, ossa, plumas, animam, &c. quod fieri debet, ergo, &c.

LXVI. Respondeo ad primum, id optimè intelligi, si attendas solam actionem totalem esse ultimam determinationem ad suum effectum formalem, sicut in sententia Hurtadi, Scotistarum, & plurium aliorum, admittentium duas uniones, unam ex parte subjecti, aliam ex parte formæ; sola unio totalis & non alterutra partialis est ultima determinatio ad suum effectum formalem: idem etiam contingit in causis necessariis; causa necessaria totalis posita omnibus ad agendum requisitis est ultima determinatio ad agendum, non item partialis; sed ad id debet determinari per aliam partialem, cum qua constet unam totalem; unde Respondeo primam istam actionem ibi manere, sicut maneret unio partialis, Causa partialis, &c. donec per aliam partialem, cum qua constet totalem, ad suum effectum formalem determinetur.

LXVII. Respondeo ad secundum, quod est difficilius, Actionem eodem modo successivè determinari ad diversos specie effectus, quo ipsa anima præcedens carnificationem, ossificationem, plumificationem, &c. in sententia Patris Lupi determinatur, vel quo, in aliorum sententia, harum actionum causæ; illæ enim non nisi successivè producant diversos specie effectus: si verò eadem anima posita omnibus ad agendum requisitis, & accidentibus concausis, per quas sit ultimò determinata, ad primam actionem v. g. conformationem, ad primam actionem trahitur, & non nisi hac mediante & accidentibus

bus concausis, per quas sit ultimò determinata, ad secundam actionem v. g. membranificationem, ad secundam actionem tribuitur, & sic de aliis, quidni eadem actio, positis omnibus ad suum effectum requisitis, & accedentibus aliis actionibus partialibus, per quas sit ultimò determinata ad primum effectum, v. g. primam formam post commixtionem, & fermentationem, ad primum effectum terminabitur, & non nisi hoc effectu mediante, & accedentibus aliis actionibus partialibus, per quas sit ultimò determinata ad secundum effectum, v. g. secundam formam, sive membra, ad secundum effectum terminabitur, & sic de aliis: quia non aliter actio partialis est ultima determinatio ad suum effectum, quam causa partialis ad suam actionem; nec minus est permanens in esse (ut infra probabitur) quam ipsa causa, ex his omnibus sit

CORROLARIUM I.

EXXIII. Colliges 1^o aliquousq; declarari posse Creationem, quā vis illa seminis conformata materiam seminis tali ordine & situ in venas, arterias, nervos, intestina, carnem, ossa, &c. mirabili arte & ingenio disponat: id enim fit, non quia talis est natura seminis (ut vult Dominus Fromond. loco n. 61. citato, quia id ibi rejectum est) sed actione agentis principalis, aut formaliter, aut eminenter, corpus perfectè organicum continentis, quæ in semine permanet, modo n. 67. dicto determinabilis; quia tamen suppleri potest per traducem animam; dubius hæsit Augustinus, an in semine esset tradux anima, q. 80a. in Exodum lib. 2^o. cap. 178. operis Imperf. Enchir. cap. 86. nos verò, quia jam certò credimus animam ab anima non creari, ac proinde nec traduci, isti sententiæ, quæ videtur Divi Thomæ pluribus locis, adhæremus; S. Thomas enim 1^a. p. q. 118. art. 1^o ad 3^{um}. sic habet, *virtus illa activa, quia est in semine, ex anima generantis derivata, est quasi quædam motio (nota id est actio) ipsius anime generantis.* Et lib. 2^o contra gentes cap. 89. *ipsa virtus, quæ cum semine deciditur, & dicitur formativa, non est anima, neque in processu generationis (ubi excludit translationem animæ) fit anima: sed cum ipsa fundetur, sicut in proprio subiecto, in spiritu, cuius est semen continuum, sicut quoddam spumosum, operatur formationem corporis, prout agit ex vi (id est actione) quia vim aliam totā hanc Resolutione repulimus anime patris.* Vnde pro hac difficultate ævi nostri Medici D. Thomam adire debent, non Galenum; qui lib. de Conform. fœtus, narrat se totam vitam in huius difficultatis investigatione & admiratione transgisse, atque à Philosophis sui ævilucem quæsituisse; sed tenebras tantum majores & tristitiam retulisse.

CORROLARIUM II.

EXXIX. Colliges 2^o. causam totalem substantiarum, sive viventium, etiam hominum, sive non viventium, esse substantias & accidentia; principalem quidem corpora coelestia, elementa substantiæ similis rationis, earum accidentia, &c. quia contingere non potest, quòd hæc non sint perfectiora, vel æque perfecta, effectu substantiali productò; instrumentalem illa accidentia, quæ respectivè ad substantiam sunt earum instrumenta, cum indigeant earum coöperatione

& auxilio ad producendas substantias, & scorsim ab illis sint imperfectiora effectu productò.

Dixi, etiam hominum; quia licet corpora coelestia ad creationem animæ hominis non concurrant; ad generationem tamen hominis, conformationem, membranificationem, carnificationem, ossificationem, &c. concurrere patet, tum experientia, quòd partus sub tali, vel tali constellatione natus, alias habeat propensiones, imò interdum infirmitates, quàm natus sub alia: Vnde, astra dicuntur illos ad hoc vel illud inclinare, sed non necessitare; item quædam esse viventium generationi propitia, quædam noxia; tum 1^o. autoritate D. Thomæ de malo quæst. 3^a. de causa peccati art. 2^o. *necesse est enim omnes motus causarum secundarum causari à primo movente, sicut omnes motus inferiorum causantur à motu cœli*; illi autem motus causantur à primo movente immediatè ut principio quo, ut infra patebit; ergo & hi à motu cœli: tum 2^o autoritate Aristotelis 2^o. Phys. textu 26^o, *sol & homo generant hominem*; ubi Aristoteles accipit solem pro omnibus astris ad generationem concurrentibus; unde non satis attente P. Lupus dictæ suæ Apologiæ fol. 75^o. dicit, ista esse falsissima, & nullam veritatis apparentiam habere; prima ratio ipsius est; quia multa generantur nocturno tempore, quo nulla est solis in nos actio & operatio: hæc ratio omnino nulla est; quia licet sol non luceat, eo tempore sunt astra & eorum in nos operationes: secunda, deberent esse instrumenta alicujus causæ principalis creatæ, vel increatæ, quorum neutrum (inquit) rectè & sapienter dicitur: Respondeo esse instrumenta causæ creatæ (ne alioqui, uti ipse, & alii, videamur velle ad Deum sine necessitate recurrere) quæ parte producunt effectum se nobiliorem, & ad id coadjuvantur & elevantur à causa se nobiliori: malim tamen illa denominare causas comp principales; quia rarò contingit illa elevari & coadjuvari ad effectum se nobiliorem à causa se nobiliori: quòd autem ibidem dicat, causas Universales (ut sunt astra) non posse instrumentaliter & ministerialiter subijci & subordinari causis particularibus, apertè falsum est; quia illis subijci, & subordinari, non est esse minus amplè, & extensæ activitatis, ut vult, quàm id cui subijciuntur, vel subordinantur, sed indifferentis & determinabili: ab ipso, prout est Deus, in sententia plurimorum, ad concurrendum cum creaturis, qui tamen est causa universalissima.

DVBIVM III.

Quodnam sit principium immediatum quo Accidentium.

ANTE Resolutionem
EXX. Suppono accidentium, alia esse naturalia, quorum, quædam sunt primo instanti juxta exigentiam naturæ debita, ut calor respectu ignis, frigus respectu aquæ; quædam non nisi aliis instantibus, ut motus sursum respectu ignis, motus deorsum respectu terræ, & quælibet actio extranea respectu suæ causæ: alia extranea, id est indebita, & ab extrinseco agente provenientia. Hoc supposito, sit

K

R 2-